



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 125. Initia Ordinis militaris Equitum B. V. Mariæ de Monte Carmelo in  
Galiis erecti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

fastis adscribendo habebatur, acrius Sæc. XVII.  
contra hanc caussam declamabat, quam- A.C. 1604.  
vis ceteri omnes Consultores non mi-  
nus ac ipse excepto uno solo obstitissent.

### §. CXXV.

#### *Initia Ordinis militaris Equitum B.V.*

*Mariæ de Monte Carmelo in  
Galliis eretti.*

Quantumvis Henricus IV. Galliarum *Chevaler.*  
Rex ab Hugonottis in Religionis du *P. Ho-*  
Catholicæ odium graviter infestaretur, *noré Carne*  
immoto tamen tuendæ & propagandæ *dechauffé* *Annal. Car-*  
fidei ac Divinæ gloriæ studio semper *mel. 1. 2.*  
fervebat: id igitur novo juxta ac lucu- *Par. 26.*  
lento testaturus monumento, Equestrem *Heliot hist.*  
Ordinem sub invocatione Beatissimæ *des Ordres*  
Virginis Mariæ de Monte Carmelo de *Giustin. hist.*  
Regiis bonis hoc anno instituere decre- *Chronol. de orig. Ord.*  
vit. Pium hoc consilium per Philiber- *milit.*  
tum Marchionem de Nerestan, necnon *Bullar.*  
Carolum de Novavilla Halincurtii To- *Magn.*  
parcham, qui tum Romæ apud Ponti- *Paul. V.*  
ficem Regis Oratorem agebat, Cle- *Constit. 41.*  
menti Octavo proposuit: Annuit lubenti *Seran. hist.*  
animo summus Pontifex, remque Pa- *Reg. Gall.*  
ter Petrus a Matre Dei Carmelita Di- *jub Henrico*  
scalceatus, qui tum Pontifici a concio-  
nibus erat, complanatis difficultatibus  
tam feliciter promoverat, ut indies  
optatum exitum sortitura crederetur:  
verum

Sæc. XVII. verum anno sequenti summo Ecclesiæ  
A.C. 1604. Antistite præmatura morte vivis er-  
pto tam salutare negotium non finem  
ximo promoventium dolore retardatum  
est. Ceterum subrogato postmodum  
Paulo V. idem Pater Petrus huic p-  
riter Pontifici carissimus & Apostoli  
sub ipso munis fungens, intermissum  
opus eo ferventius denuo urgebat, i-  
mpensius sollicitante Regis Oratione  
tandem anno Domini millesimo sex-  
tesimo septimo Pontificium erectionis  
diploma, quod incipit *Romanus Ponti-  
fex*, die decima sexta Februarii em-  
natum obtinebat. Porro novi hujus Ord-  
inis Militaris Equites nonnisi ex No-  
libus Gallicæ Nationis Viris selecti in  
modo belli tempore Francici Regis  
terea stipare, sed præcipue Catholica  
Ecclesiæ hostes debellare, necnon No-  
socomiorum curam in se suscipere de-  
nentur: insuper singulis diebus Officium  
seu coronam Marianam recitare. Feli-  
& Sabbati diebus Missæ interesse, i-  
feria quarta ab eſu Carnium abstineri  
necnon festis B. V. Sacram Synaxin-  
mere adstringuntur: demum etiam  
Crucem fulvi coloris, quæ in media  
Iconem B. V. præferat, deferre tenetur:  
pariter castitatem conjugalem atque  
obedientiam solemni voto pro-  
fitentur, ac B. Virginem Montis Cat-

meli tanquam Ordinis Patronam sem- **Sæc. XVII.**  
 per ac specialiter die decima sexta Julii **A.C. 1604.**  
 venerari jubentur. Postquam vero Gre-  
 gorius XIII. Anno reparatæ Salutis mil-  
 lesimo quingentesimo septuagesimo se-  
 cundo Equites Ordines S. Lazari cum  
 Sabaudis S. Mauritii Equitibus conjun-  
 xerat, ac Galli Sabaudis subesse renue-  
 rent, anno post Christum natum mil-  
 lesimo sexcentesimo decimo quinto a  
 Paulo V. Equites natione Galli illis Bea-  
 tæ Virginis de Monte Carmelo adjun-  
 gebantur. Progressu temporis Ludo-  
 vicus XIV. Franciæ Rex eundem hunc  
 Ordinem adjunctis pluribus aliis minus  
 splendidis atque Equitum numero mi-  
 nus insignibus auxit, ac ipsem et su-  
 premi Magistri Officium in se suscepit.

### §. CXXVI.

#### *Stephani Pighii obitus.*

Non pauci ex Catholicis Scriptoribus *Miræus de Ecclesiasticis* hunc annum vitæ suæ *Script.*  
 exitialem ac postremum experti sunt, *Sæc. XVII.*  
 quos inter primo loco recensemus Ste-*Hanckius de Rom. rer.*  
 phanum Vinandum Pighium antiqui-*Script.*  
 tatum peritia celeberrimum, qui patria  
 Campensis in Transfosalana Provincia  
 natus laudatissimis Avunculi sui Alberti  
 Pighii Viri longe doctissimi vestigiis  
 constanter institit: Humanioribus lite-  
 ris